

Nathan Chyträus

Nathanis Chytraei Poetae & Professoris Cl. Epistola Satyrice contra Pestem

Rostochi[i]: Pedanus, 1624

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757636268>

Druck Freier  Zugang



*Chytusur, Epistola
calypica contra pestes
1624.*

G9
1537
40

69-1537 (R)

40!

coll.
1733
1382
NATHANIS CHYTRÆI

Poëta & Professoris CL.

EPISTOLA SATTRICA

contra

PESTEM.



ROSTOCHI

Literis JOACHIMI PEDANI Typ. Acad.

anno Christiano M DC CXXIV

menſe Julio,



Amplissimo S. CL. V.

DN. CHRISTOPHORO Vonder Lippen
Jcto, & Consiliario Regio, &c.

Domino meo colendo:

S. D.

Quod ego carmen, optimum sanè, & addam liceo
doctissimum, operà Typographicà in lucem &
vulgus recens emittere volui, quodq; adeò Nathan
ille Chytraus, Antonio Witershemio Jcto celebri
scripsit olim & inscripsit: ei nunc, quod benè sit, amplissimi
nominis tui veneres D. CHRISTOPHORE LIEPI
præscribimus. Principio autem vehementer petimus, ut
omnem abs TE segetes maledicentiæ & calumniæ suspi-
cionem, cum, teste Deo, & mente conscia, omnis hâc in-
parte pravè agendi voluntas & cogitatio tam longè à nobis
abfuerit, ut hanc criminationem, longè omnium stolidis-
simam, nugacissimam, inanissimam autoribus suis in os,
frontem, & faciem jure opt. max. regerere possimus. Nam
profectò verveces isti, seu, ut mollius nomen imponam,
oviculæ, non magis intelligunt, cur Satyrica hæc Epistola
meis auspicijs iterum prodierit, quam ego illos docere pos-
sum, cur CHYTRÆUS eam primus & fecerit, & divulgave-
rit: aut quem nomine Buffalioni ac sapientum octavi per-
strinxerit. De contagione autem pestifera duum generum,
sunt qui perperam sentiunt: pars eam parvi facit, pars ni-
mij, & utriq; peccant. Posteriores isti, ipsi sibi viderint, &
nos deijs nihil dicemus: alteros non possum facere, quin
& miret pariter, & miserear. Itane quenquam audere in-
hoc

Bibliotheca
Academice
Rostochiensis

1932. XIII 70.

hoc maleferiato, pejus constituto tempore versari, qui non
sibi, quoad ejus fieri potest, præcavendam putet aut vitan-
dam pestem, malam illam divam, humani generis extre-
mam calamitatem? Cujus quidem tela nisi pro arbitrio suo
infregerit Deus ille, qui in medio iræ astu supplicibus ali-
quam gratiam meditatur, narro vobis, eundam est exse-
quias & bonis literis, & communi hujus urbis societati. Sed
de hoc genere plura CHITREUS noster, cujus carmina
vix multis neglecta, illecta, in visa & inaudita sunt, quemad-
modum hodie univèrsi Poeticam magis non curamus,
quàm lautioris conditionis homines porcos grandinosos,
(tam elegans res condignam comparisonem merebatur,)
ita unum hoc & scitu dignum, & cognitu jucundum est,
atque hæc quidem non postrema facti nostri causa fuit &
ratio, plures autem domi novimus, quas in hoc scripto po-
nere & intempessivum & supervacaneum ducimus, in cu-
jusq; tamen cogitatione relinquimus. De funeribus etiam
non possum hic tacere, haud mirum mihi videri, quod ea
hujus loci incolis ad unum omnia innotescant. Romano-
rum, (quod TE latere non potest) funera erant aut *Indicti-
va* aut *Tacita*. Et hujus quidem generis funus quietum
erat & silens, unde & *funus vulgare, plebeum, commune*, forte
& *simpludiarum* dicebatur. Illud vero *indictivum*: ad
quod populus per præconem evocabatur, & erat omnium
amplissimum & sumptuosum, quippe *publicam*. Aderant,
Præco, designator, imagines, ludi, Pompa, quid non? Ex
his, quos recensui, tralatius est unus ad nos ritus, nisi quod
pro præcone viro clamosâ vetulâ utimur, retentis tamen,
aut leviter saltem vernaculo sermone mutatis solemnibus
verbis, quibus isti funera sua indicebant: EXSEQUIAS
CHREMETI, QUIBUS EST COMMODUM,

A 2

ITE,

ITE, ILLA HORA TEMPUS ERIT. Sed hæc
hujus loci non sunt. Quod ergo reliquum est, & nos ante
diximus, hoc N. CHT TRÆI Carmen ad TE potissimum
Amplifs. & CL. Dn. LIPPI, mittere placuit: qui haud
aptiorem huic chartæ patronum invenissem, si ipsi Soli,
quod ait Comicus, dedissem quærendum; quiq; ut inge-
nuè fatear, non facilè à me veniam impetro, quod non ma-
turius monumentum studij & observantiæ erga TE mei
extare volui. Verum sat citò, si sat benè, & hoc officium
si gratum Excellentiæ T. fuisse intelligam, de quo non
solum non dubito, sed ad veritatem planè persuasum mihi
habeo, causa erit, cur solidas tibi ac singulares gratias agam,
habiturus atque etiam relaturus pro copiâ & re natâ prom-
ptas semper ac paratas. Vale vir Amplissime, & benè bea-
tèque anna & peranna. Perscriptum Rostochi IX Kalend.
Augusti, anno Christiano M. DC. XXIV.

*Addictissimus & virtuti & honoris
& dignitati tue*

JOH. WOLPHIUS.

In



*In epistolam sequentem ad Lectorem candidum
Epigramma auctoris.*

Hic ego non unam gentemve urbemve,
sed omnes

Hoc ipso, si sint, nomine pungo reos.
Non alios igitur, sed te quoq; crede notari,
Si labem hic videas conscius ipse tuam.
Quin illam emenda potius, defendere noli,
Sic finem attigerit Musa jocosa suum.



Epistola Satyrica contra

P E S T E M.

Ad D. Antonium Vuittershemium,
J. C. CL.



Um lue pestifera circumdamur undiq;
Et oras
Nunc etiam nostras pestis primordia
tanguit,

Vis scire ecquid agam? Antoni carissime Musis,
Astræ, Themidisq; decus, Suadaq; diserta:

A 3

Accipe;

Accipe, ni grave sit: studijs, velut haectenus, omni
Conatu incumbō, securus caetera, quam vis
Paulo post ad me ventura pericla videnti
Neptunum procul è terra spectare furentem
Forte esset satius. Sed quem fugiam vè sequar vè
Nescio, tam late circum hac contagio serpit.
Præterea agrotare foris cum conjugē, natis
Et teneris, patri quam sit grave, triste, dolendum
Cui vis credibile est, his caros adde libellos,
Quis sine vitalem despero ducere vitam.
Æquo igitur promptoq; animo cum conjugē fida
Cumq; libris, totaq; domo, natisq; manebo,
Christo uno fretus, custos qui maximus olim
Ut potuit, sic in medijs defendere flammis
Jam quoq; vult poteritq; suos. Veruntamen idem
Torqueor interdum, nonnunquam rideo miros
Hoc sub sole homines, satis expurgare cicute
Quos nulle poterunt. decimus vix labitur annus,
Cum se vram, immanē, & solo sermone tremendam
Experti pestem, heu aliquot millena per urbes
Amisere hominum, tantum exsuperante veneno,
Quin multos, qui nunc vivunt, aggressa, fideli
Indignos medicorum opera indignosq; salute,
Restitui pestis passa est, ut postmodo nossent
Cum sibi, tum patriæ, carisq; cavere propinquis,
Sed nihil effectum est, antiqua incuria, (dura

iv. 1011.

Molliter ut dicam) cunctos tenet. inde venenum
 Sperritur, & nihili est, patet atra janua pesti
 Quandocumq; volet certam hic sibi ponere sedem
 Carita persuasum mihi sit, nisi displicet, audi.
 Optimus hic equidem est, ipsisq; Aquilonibus aer
 Perovius, & putredis non crebro obnoxius austris.
 Temperies cœli ratione situsq; lociq;
 Non culpanda foret, nisi stulti insania vulgi
 Ipsam se inficeret, cunctis rationibus aures
 Turpiter occludens, atq; ingeniosa sagaxq;
 Perniciem in propriam, seruari velle negaret.
 Si libet aspicio plateas, quam sordibus illæ
 Omnimodis sint effectæ. jam putre cada ver
 Anseris, aut suis, aut felis, capræve canisve
 Olfacies mane impransus. mictum atq; cacatum
 Ex olidis multos cernes erumpere cryptis,
 Una ubi cum porcis (quis non porcescere dicat)
 Sunt geniti, facti, educti, pascuntur ibidem
 Turpis haræ indigenæ à pueris ad sera senectæ
 Tempora, communi sine sensu, & naribus orbi.
 Quas cryptas si prætereat quis mane, cloaca
 Halitus usq; adeo tater sentitur, ut ipse
 Miretur se non motu vel sensibus orbum
 Concidere, accepta ut plaga procumbit humi bos.
 Quod si olidis nerum obicem subiere cavernis
 Pondere deposito; in vicis hinc inde trilibres

Aspi-

Aspicias merdas, cognatis pabula porcis.
Hinc vetula effundens lasanum, fumosa loquaxq;
Prodit, & indigno refugit fetore relicto.
Procede ulterius, jam te lutulenta premet sus,
Jam vacca aut hircus, quin ipsis deniq; templis
Inq; sepulchretis porcos errare videbis,
Et voripernarum tumulos atq; ossa (nefandum)
Impune eruere, ut clades mortesq; suilli
Sic ulciscantur generis. quid docta lycæa—
Jam tibi commemorem, quid castas Palladis arces?
Sub quibus impuros turpes jam pascere scrofas
Non pudet, utq; adeo porcis sunt omnia plena—,
Excipiasq; nisi bipedes, e vicero, non tot
Esse homines hic quot porci. numerare licebit,
(Quid rides?) me si dubites tibi dicere verum—,
Credemibi, inuenies, teq; ipso iudice, multos,
In quib; nil hominis, præter vocemq; oculosq;
Agnosces, corpusq; illos sine pectore dices.
Quin porcis magis degeneres quandoq; videbis
Non paucos. nam porcellos scrofa ipsa putatur,
Quos peperit, sic complecti, & constantè amare—,
Ut flammæ quoq; per medias, per tela per enses
Irritata ruat, si quis fortasse tenello
Vi noceat catulo. Verum hi, mirabile, porci,
Quos bipedes modo dicebam, sine corde, voracem—
Exosi sobolem ablegant, ô turpe relatu!

In

In loca pestifera, ut citius lethale venenum
Imbibere, atq; mori possint, patresq; levare
Impensis, quas turba fami indignata requirit.
Verum si natos ista ratione liceret
Tollere; cur illos idem non veste vel ense,
(Tantum est) tollis? minor est cruciatus in illis,
Et mortis brevior via, quam si peste peribunt.
O infelices cerebri! quos ipse Melampus
Cum tribus Anticyris nulla sana verit arte.
Verum de porcis hac haecenus. altera labes
Hanc sequitur, non dissimilis par pœne priori:
Quod pestis quoq; cum rabies mire effera saevit,
Nilominus tamen in templis extraq; sepulchra
Exinctis statuunt, plenisq; cada vera acervis
Accumulant; templum est cunctis commune sepul-
chrum.

Atq; adeo qui non sacram tumulatur ad aram,
In cœlo excludi quoq; creditur. ergo sepulchra
In templis effossa patent noctesq; diesq;
Juxta homines supraq; sedent, dū sacra frequentant.
Sæpe etiam quos non aliquot videre per annos,
Correptos peste in visunt, ultroq; salutant.
Si velit ipsa salus, nequeat servare saluti
Inferos propria. verè sic mortua vivam
Turba vorat: totis luctantur funera vicis:
Campanum sonat es semper, pluresq; subinde

B

Alli-

Allicit admonitu, pallentes morte futura
Ut totum paulatim urbem Libitina peragat.
Verum Buffaloni, sapientum octavus, & inter
Cacos non lusco abstrimilis, cum pestis inaudit
Sic meminisse alios, irritamenta veneni
Ut tollenda putent, neglecta incendia vires
Sumere quod videant, non restringenda labore
Quantum vis magno, scintillam extinguere primam
Cum minimus possit: cum, dico, talia inaudit
Octavus sapiens, barba trepidante profatur:
Cur me pestiferis properas arcere venenis?
Nil opus est. Deus ipse suos custodiet, et si
Porcorum in stabulis degant, medijsve cloacae
Latrinis. quem mors atris circumvolat alis
Concedente Deo, nullum hunc apotheca, vel ulla
Mundicia poterunt subducere: terminus illi
A fato fixus nulla evitabilis arte est.
Usq; ad eone mori miserum? mors ultima meta
Imponit curis finem, finemq; labori,
Quam qui sustinuit presenti peste peremptus,
Hunc neq; dira fames, nec Turcicus auferet ensis,
Non laterum dolor, aut tussis, non curva podagra.
Dij tibi dent libram ellobori. si forte recuses,
Dent pro sermone hoc tria tintinabula calvo
Gestamen capiti, cui tantum subsit acumen.
Nil opus est risu, talem fert jure corollam,

Qui

Qui sequitur nocitura; fugit, qua profore cernit.
Attamen interea sapientum octave, roganti
Auscultare mihi non sit grave, paucula dicam.
Vult Deus & servare potest, Deus ille Deorum
Omnipotens, qui cuncta videt, qui cuncta gubernat,
A medijs non dependens causisq; secundis.
Quis negat hoc? nemo. verum Deus optimus idem
Vult etiam, ut quadam prudentia sancta periculum
Declinet, non ut medijs justisq; pijsq;
(Namq; hi se indignos plane divina ope reddunt)
Neglectis, vel de celsa te vertice turris
Dejicias, cum per scalas descendere possis.
Non pedibus te vult fluvios transire lacusq;
Scapha tibi aut pontes cum sint: non deniq; rupem
Aut fossam te vult prater non ire patentem,
Sed te precipitare, licet vicina clamet,
Hic fossa est ingens, hic rupes maxima, cepto
Tramite desiste, & certum non quare periculum.
Num, si aliquando tuum Vulcanus scandere tectum
Incipiet, veterem flamma incendente culinam,
Dum rueret atq; omnes ignem restinguere cernes,
Tu superis fretus, socors segnisq; sedebis?
Aut etiam magno insanus clamore vetabis,
Ne dextrâ admoveant operi, quando omnia possint
Numina neglecto nobis præbere labore.
Pulchrè equidem sapiens, lacrymoso non sine fine.

Quid

Quid faciunt aliud? qui nullo muneris ipsos
Urgente officio, nullo cogente, venenis
Mortiferis sese objiciunt, cum vivere possint.
Si tamen illa animosa fides in pectore regnat
O sapiens obta ve tuo, ut vel sponte perire
Sic libeat: licitum esto tibi. non patria magnam
Facturam faciet tali pereunte cuculo.
Invitum servare nefas: morere ergo libenter,
Dum solus pereas, nec totam audaculus urbem
Exemplo inficias parvo, dictisq; silendis.

Hac tibi dictabam, merito celebrande Patrone
Cum nuper prima lethalia semina pestis
Hic sese exfererent, paulatim & spargere virus
Latius inciperent. quod nunc tamen optimus ille
Aeternusq; parens miro compressit amore:
Aut potius, nisi nos vitam emendemus, in horas
Distulit haud multas. tu, qua tibi mitto, benigno
Accipe & humano, velut accipis omnia, vultu.

Vulgus ait: peste infectas urbesve domusve
Correptosq; homines visere pestiferum est.
Et vetitos edisse cibos, discrimine nullo,
Et movisse nimis corpora, pestiferum est.
Et plenos calices haurire, ut nil super inlit,
Et Veneri & Musis fervere, pestiferum est.
Quis ego sic contra. Si solvere, debita vitæ
Munera pestiferum est; vivere pestiferum est.
Quod si vivere pestiferum est, cur vivere pulcrum est,
Aut cur non sponte effundimus hanc animam?

J. WOLPHMUS.



Qui sequitur nocitura; fugit, quae p
 Attamen interea sapientum octav
 Auscultare mihi non sit grave, pa
 Vult Deus & servare potest, Deus
 Omnipotens, qui cuncta videt, qui cu
 A medijs non dependens causisq; se
 Quis negat hoc? nemo. verum Deu
 Vult etiam, ut quadam prudentia sa
 Declinet, non ut medijs justisq; pijsq;
 (Namq; hi se indignos plane divina c
 Neglectis, vel de celsa te vertice turri
 Deicias, cum per scalas descendere p
 Non pedibus te vult furvios transire
 Scapha tibi aut pontes cum sint: non
 Aut fossam te vult prater non ire pat
 Sed te praecipitare, licet vicina clame
 Hic fossa est ingens, hic rupes maxim
 Tramite desiste, & certum non qua
 Num, si aliquando tuum Vulcanus so
 Incipiet, veterem flamma incendit
 Dum ruere atq; omnes ignem restin
 Tu superis fretus, socors segnisq; sede
 Aut etiam magno insanus clamore
 Ne dextrā admoveant operi, quand
 Numina neglecto nobis prabere labor
 Pulchre equidem sapies, lacrymoso no

